– ◡ ◡ – – – ◡ ◡ ◡ ◡ – – ◡◡ – – – – –
credo ego Amorem primum apud homines carnificinam commentum. an7
– ◡ ◡ – – – – – – ◡ ◡ ◡◡– – ◡ ◡ – –
hanc ego de me coniecturam domi facio, ni foris quaeram,
– – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡◡– ◡ ◡–◡◡–◡ ◡ ◡ ◡ –
qui omnes homines supero antideo cruciabilitatibus animi.
– – ◡ ◡ – ◡ ◡ – – –
iactor agitor stimulor, versor ansys8
◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ –
in amoris rota, miser exanimor,
◡◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ –◡◡–
feror differor distrahor diripior,
◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ ◡ ◡ –
ita nubilam mentem animi habeo.
◡ ◡ ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡◡ – – ◡◡◡
ubi sum, ibi non sum; ubi non sum ibi est animus: ita mi omnia sunt ingenia. an7
– ◡ ◡ – ◡◡ – – ◡◡–
quod lubet, non lubet iam id continuo, ansys13
◡◡ ◡ ◡ – ◡◡ – – ◡◡–
ita me Amor lassum animi ludificat,
◡ ◡ ◡◡ – ◡◡ – – ◡◡–
fugat, agit, appetit, raptat, retinet,
– – – –– – – –
lactat, largitur: quod dat non
– – ––
dat, deludit:
◡ ◡ – – – – – – –
modo quod suasit, <id> dissuadet;
– – – – – ◡ ◡ – –
quod dissuasit, id ostentat.
◡ ◡ ◡ ◡ – ◡ ◡ – ? ? ◡ ◡ – – ◡ ◡ – ◡ ◡ –
maritumis moribus mecum †expetitur† ita meum frangit amantem animum; an7
– ◡ ◡ ◡◡ ◡ ◡ – – – –
nec, nisi quia miser non eo pessum, ansys12
◡ ◡|– ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ –
mihi ulla abest perdito permities.
◡ ◡ ◡◡ ◡ ◡ – – – ◡ ◡–
ita pater apud villam detinuit
– ◡ ◡ – – – – ◡ ◡–
me hos dies sex ruri continuos,
– ◡ ◡ – ◡◡ – ◡ ◡ – –
nec licitum interea est meam amicam
– ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ – –
visere: estne hoc miserum memoratu?

Text and scansion from Cesare Questa (ed.), *Titi Macci Plauti Cantica* (Urbino, 1995).